



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90117999**

§. 36. Imperator in Italia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)

Sæcul. XII. Tandem accepta Extrema Unctione &  
A.C. 1116. Viatico, postquam etiam singulis disci-  
 pulis suis osculum pacis dedisset, Spiritum Deo reddidit, vigesima quinta Aprilis, magna hominum multitudine omnis conditionis ad celebrandas ejus exequias confluyente. Vitam Bernardi elapsis aliquot exinde annis Geofridus Crassus Monachus Tironiensis, qui omnia ipse videbat, vel a viris fide dignis acceperat, scripsit, eamque Geofrido Episcopo Carnotensi, qui ei hujusce scriptiois auctor fuerat, dedicavit.

## §. XXXVI.

*Imperator in Italia.*

to. 10. Conc. Sub finem anni millesimi centesimi decimi quinti complures Episcopi &  
p. 806. Principes Germani ad celebrandum Festum Natalis Domini Coloniam convenerunt, ex consilio & auctoritate Theodorici, Cardinalis Legati, quem cum iter facientem mors occupasset, non vivus sed mortuus Coloniam pervenit, ubi sepulchrum nactus est. Ceterum præcipua conveniendi causa tunc Episcopis erat, promulgandum Excommunicationis Decretum contra Henricum Imperatorem, interea Festum Nativitatis Domini Spiræ cum paucis proceribus agerem. Ergo vehementer commotus, ob Censuram contra se Coloniam latam, Episcopum

Ab. Ursper.  
an. 1116.

scopum Herbipolensem illuc misit, quem <sup>Sæcul. XII.</sup> illi vel audire recusarunt, nisi prius Ec- <sup>A.C. 1116.</sup> clesie reconciliaretur. Unde & ipse Herbipolensis reversus, cum Imperatore, a quo missus fuerat, communicare noluit. Verum mortis metu coactus, eodem presente, Sacris operatus est; cuius facti cum eum deinde pœnitentia subiisset, clam ab aula dilapsus, multis lacrymis obtinuit, ut a censura absolveretur, & Imperatorem, cuius gratia excidit, exinde non amplius vidit. Ille Episcopi defectione irritatus Conrado nepoti suo contulit Franconiæ Ducatum, qui ex antiqua Regum concessione ad ditionem Episcoporum Herbipolensium pertinebat. Ut vero Principum Germaniæ arma devitaret, Longobardiam petiit, unde, missis ad Pontificem Legatis, significari iussit, cupere se lites inter Ecclesiam & Imperium exortas componere. Hujus Legationis princeps fuit Pontius Abbas Cluniacensis, qui gravissimi momenti negotium studiosissime suscepit. Is etiam Papam sanguinis affinitate contingere dicebatur.

## §. XXXVII.

*Concilium Lateranense.*

Itaque eodem anno, ab Ordinatione sua decimo septimo, Paschalis Papa Synodum in Ecclesia Lateranensi, pridie nonas

Y 3

nas